ITER

PLANTARVM INVESTIGATIONIS Ergo Susceptum

A decem Socijs, in Agrum CANTIANVM. Anno Dom. 1629. *Iulii.* 13.

ERICETVM HAMSTEDIANVM

Sive

Plantarum ibi crescentium observatio habita, Anno eodem 1. *Augusti*

Descripta studio, & operâ *Thomæ Iohnsoni.*

Th. Johnson
5578

MVSEVM
BRITAN
NICVM

Iter Plantarum investigationis ergô Susceptum.

PAucis abhinc elapsis annis, consuetudo verè laudabilis inter rei herbariæ studiosos crevit, bis aut sæpius quotannis triduum aut quatriduum iter Plantarum investigationis ergô suscipere. Hoc anno societati visum est Agri Cantiani partem perambulare, diesque statutus est, (scilicet *Julij* 13°.) cuius memores primo mane in D. *Pauli* Templo convenerunt Dominus *Ionas Styles*, *Gulielmus Broad*, *Iohannes Buggs*, *Leonardus Buckner*, *Jobus Weale Robertus Larking*, *Thomas Wallis*, duo *Edwardi Brownes*, (quorum alter servus *Gulielmi Broad*) & Ipsemet. Sum properantes ad fluminis ripam duas scaphas conducimus vsq; ad *Gravesend*, sed iam ripas linquentibus

Vir. Æn, 1. *Eripiunt subitò nubes cælumq; diemq;*
Nostrorum ex oculis: ponto nox incubat atra;
Intonuere Poli, & crebris micat ignibus æther,
Præsentem nobis intentant omnia mortem.

quâ de causâ scapha, in qua *Bucknerus*, *Buggs*, *Weale*, & *Larking*, Greenwichum divertit, illiq; cæli iniuria pertæsi terram appulsi se refecerunt. Nos ad *Gravesend* nullâ interpositâ morâ tendimus, & pransi ad *Rochester* (scripto in sociorũ adventum in hospitio relicto, quo in loco pernoctare decrevimus) solitâ viâ tendentes, invenimus plantas, quarum nomina sequuntur

Lichen è diuersorij muro avulsus.
Cynoglossum maius vulgare.
Verbena.
Irio sive Erisimum Dioscor.
Hyosciamus niger Vulgaris.
Cicuta.
Cichoreum sil.
Perfoliata.
Ranunculus repens vulgaris.
Iacobæa maior & minor.
Flaphoboscum erraticum, sive pastinaca silvestris.
Euphrasea vulgaris.
Euphrasea rubra, sive secunda Dodonæi.
Rubia silvestris.
Hedera terrestris.
Ocimoides, Been album Monspelliensium, sive Papaver spumeum.
Medica semine racemoso.
Sedum, sive Sempervivum maius vulgare.
Sedum medium vulg.
Sedum tertium Dios. illecebra.

Coronopus Ruellii Cornu cervi alterum vulgi. Lob.
Hordeum ſpontaneũ ſpurium. Holcus Plinii, Anguillara
Erigeron, ſenecio.
Burſa Paſtoris,
Dens Leonis, Taraxacon, Roſtrum porcinum Caput Monachi.
Solanum hortenſe
Solanum Lignoſum, Dulcamara, vitis ſilveſtris,
Oxalis, acetoſa vulgaris.
Oxalis ovina.
Sonchus aſpera vulgi.
Sonchi Lævis ſpecies 2 aut 3ª.
Lapathum acutum vulgare.
Lapathum acutum minimum (Lob.
Luteola
Horminum ſilveſtre.
Daucus ſilueſtris vulgaris.
Spondilium, Branca vrſina Germanica.
Myrrhis ſilueſtris
Lithoſpermũ ſive milium ſolis.
Viorna. Lob. Ἀγραφίνα Theophraſti. Cluſ. Hiſt.
Argentina ſive Potentilla.
Sagina ſpergula.
Thlaſpi vulgare Mithridaticum, Vaccaria folio, Lob
Caucalis ſilveſtris.
Marrubium aquaticum acutũ ſive Panax Coloni Gerardi.
Marrubium vulgare.
Ballote, ſiue Marrubium nigrum.
Crataegonon. Lob.
Carduus acaulis Lob.
Carlini ſilueſtris Cluſii.
Hieracium maius.
Hieracium chondrillæ facie.
Hieracium minus præmorſa radice.
Pſeudomelanthium. Nigellaſtrum, Lychnis ſegetum.
Cyanus minor vulgaris.
Antirrhinum medium
Ladanum ſegetum Lugd.
Bromos ſterilis altera,
Aremiſia vulgaris.
Papaver rhœas.
Tithimalus helioſcopus.
Convolvulus minor purpureus & albus.
Helxine Ciſſampelos Atriplicis facie, Lob.
Eſula exigua Tragi.
Scabioſa ſegetum.
Gnaphalium vulgare, herba impia Plinij
Elatine Dioſ. Veronica fœmina Fuchſii.
Elatine altera, Lob.
Iacea maior purpurea.
Cotula fœtida.
Anchuſa degener facie milii ſolis.
Rubia ſil: purpureis parvis floribus, fortè ſtellaria. Lugd.
Perchpier Anglorum. Lob.
Saxifraga Anglicana, Alſines minimum genus Daleſchampii polyganum ſelinoides Gerardi.
Pecten veneris, Scandix.
Rapiſtrum arvorum flo: luteo,

& flore albo eruca folio. Lob.
Iacea nigra vulgaris
Scabiosa tenuifolia.
Persicaria, Hydropiper.
Persicaria mitis maculosa,
Bryonia alba, vitis alba.
Bryonia nigra. Sigillum B. Mariæ.
Polygala flo: rubris, & flo: caruleis, flos ambervalis Dod.
Lathyris Leguminosa maior Matt. Pisum Perenne vulgò
Alsine maior glabra.
Alsine media glabra,
Alsine hirsuta maior.
Alsine hirsuta minor.
Centaureum minus flo. albis & rubris.
Clinopodium vulgare.
Circæa Lutetiana. Lob.
Onobrychis, sive caput gallinaceum Belgarum.
Caryophillata.
Fragaria.
Viola purpurea.
Scorodonia, sive Salvia agrestis.
Betonica.
Crista Galli lutea.
Prunella.
Lycopsis Anglica Lob.
Helianthemum, a quibusdam Panax chironeum. Cisti species.
Nepeta vulgo. Mentha Cattaria.
Origanum onites Matt. Maiorana Anglica Gerardi, Hyssopus genuina Græcorum. Lob.
Pimpinella Saxifraga maior,
Pimpinella Saxifraga minor, sive Bipennella.

Demum pontem saxeum arcuato opere spectatissimum flumini Midweago, ibi rapido & torrenti superpositum transeuntes ad Roffam (vulgo *Rochester*) pervenimus; & non multò post ad Hospitium nostrum (quod Tauri insigne habuit) sequuti sunt quatuor Socii Greenwichæ relicti; qui tonitru & imbre sedato iterum se amni commiserunt, sed deficiente æstu ad Erith scapham liquerunt, & terrestri itinere ad Gravesend festinantes ab illis inuentæ sunt, plantæ non à nobis observatæ.

Glycyrhiza silvestris Gesneri. Glaux vulgaris, Lob.
Trachelium minus vulgare.
Typha maior vulgaris.
Thalictrum, sive Ruta pratensis Cordi.
Saponaria.

Tum Gravesend accepto nostrorum discessus indicio ascensis equis celeri cursu nos ad hospitium sequuntur; sic omnes læti vna cœnavimus, & in hospitis horto obseruavimus plantas sequentes.

Cardiacam.
Hyoscyamum luteum.
Rosmarinum coronarium.
Ἀργυροκόμην sive gnaphalium Americanum Clusii
Hemerocallim Chalcedonicam Lob.
Chamacyparissum
Hyssopum vulgarem sive Arabum.
Amaranthum purpureum.
Caryophyllum flo: albidis multiplicibus.
Delphinium flo: rubris & albis simplicibus
Pulmonariam maculosam.
Trifolium odoratum, Lotum odoram hortorum Lob.
Costum hortorum
Salviam.
Leucoium, sive Keiri flo: luteo simplici
Betam rubram.
Calendulam & tales vbiq; in nostratibus hortis cultas.

Sequenti mane ad *Chattam* iter dirigimus ad videndum classem omnium (vt *Camdeni* verbis vtar) quas sol videt bellico apparatu instructissimam, & in omnia momenta paratissimam, ex totâ classe vnam, quæ instar omnium esset, intravimus & lustravimus, *Principis Regalis* nomine navis sortita est, quæ tantum inter reliquas omnes eminet, quantum lenta solent inter viburna cupressi; Tormenta ænea maiora 66 numero habet, structurâ, magnitudine, magnificentiâ adeo clara, & præter omnium expectationem est, vt discribere nec audeo, nec, si ausus, possum. Classe relictâ, paulo infra Armamentarium Regium terram appulsi nobis se offerunt plantæ sequentes

Limonium copiose florens.
Glaux vulgaris.
Spargula marina Daleschamp. Anthylloides Thalij.
Absinthium marinum. Seriphium.
Plantago marina.
Serpentina Matthioli.
Caryophyllus marinus, sive gra. marinum.

Tum collem ascendentibus se offerunt.

Linum sil: pusillum candidis floribus.
Acinos vera Anglica Clusii.
Anonis, siue Ononis,
Serpillum.
Trifolium corniculatum, sive Melilotus Coronata Lob.

Sic ad *Gillingham* venientes prandi sumus, & post prandium Cœmiterium ingressi vidimus

Ebulum copiose crescentem.
Parietariam, &
Filicem saxatilem Clusii templi muro avulsimus.

Nec

Nec prætcrire poſſum hoſpitalitatem (more patrio) ab Eccleſiæ Paſtore D. Skelton nobis oblatam & acceptam; In cuius etiam domo invenimus viuidam effigiem, patrûm memoriâ, virtute, bonarumq; literarum ſtudio clariſſimi Equitis D. *Edwardi Hobai*, cum hac inſcriptione, *Sparſa & neglecta coegi*. In vnum enim magno & ſumptu & labore nomina, inſignia gentilitia, & viuas (quoad fieri potuit) imagines omnium Caſtelli *Quinborow Coneſtablium* (ſic nos eius loci præfectum nominamus) coegit, & vltimo loco propriam poſuit, quæ omnia temporum & ſordidorum hominum injuria diſperſa ſunt. Hinc, gratijs redditis, pergimus vulgatâ viâ ad inſulam *Sheppey*, & non ante obſervatæ plantæ conſpectæ ſunt

Agrifolium.
Taxus.
Smil. x levis.
Sinapi agreſte Apii, ſive Laveris folio Lob.
Cornus ſamina
Bruſcus.
Beta alba.
Cyperus rotundus inodorus ſeptentrionalium Lob.
Gra. paluſtre Cyperoides Lob.
Polypodium.
Calamentha pulegii odore Lob.
Alſine foliis triſſaginis.
Alſine foliis veronicæ.
Gra. tomentoſum & aceroſum Calamogroſtis quorundam Lob.
Gra. tremulam minus vulg.
Lactuca agreſtis odore opii.
Piloſella.
Orobanche, rapum geniſtæ,
Hypericon vbiq; in aridis.
Teucrium pratenſe.
Armeria pratenſis, flos cuculi.
Armeria ſil. altera caliculo foliolis faſtigiatis cincto, &c. Lob. Cariophyllus montan°.
Lampſana, cum multis prius obſervatis.

Trajecto amne, & ingreſſa inſula *Sheppey* nihil notatu dignum ad *Quinborow* venientes invenimus, ibi duobus hoſpitijs excipimur, poſtero mane dum iter aggreſſuri ſumus, quidam venit & ſignificavit, quod Loci Præfectus (noſtrates *Maior* vocant) colloquium habere cum tribus aut quatuor noſtrûm deſideravit; annuimus: & ejus domum ingreſſi ſalutantem benignè reſalutavimus. Tum ille nobis in hæc fere verba ſermonem habuit. *Antiquis* hujus regni *Regibus* viſum eſt, magna & lata Privilegia huic municipio concedere, vt tutius ab injuria noſtram hanc parvam Inſulam tueri poſſumus, ideoq; mihi (cui hoc tempore publica hujus loci ſalus

(creditur

creditur) datum est, vestri in hanc nostram Insulam itineris causam noscere; Non quòd aliquid in vobis video, quod suspicionis scrupuli aliquid moveat, sed quia talis semper nostra cura extitit, vt tantum hominum numerum, ignotâ causâ, hîc manere Majorum institutis non consentaneum est; Exponite ergo amicè vestri transitus consilium. Tum breviter *Iohannes Buggs*, (cui hoc negotij datum erat) Domine, causam nostri itineris quamvis vestrâ auditione vix dignam exponam; Rei & materiæ medicæ studio addicti sumus; eaq; de re hunc in locum pervenimus, vt rariores plantas hic in vestrâ insulâ crescentes investigemur, & non alia de causa tantum hoc spatium, à *Londino* huc vsque pedestri itinere confecimus. Tum Dominus *Styles*, præter relatam à socio causam, alia impulit, hominis tam bene merentis (vt tu es) videndi copiam habere, præcipuè cum in rebus marinis te adeo exercitatum esse noui (erat enim Regiæ Classis Nauarchus) maximè mihi juiunda semper tali cum viro familiaritas; Sicq; Præfectus his & talibus abundè satisfactus, breviter de rebus medicis & navalibus sermocinatus, cervisiâ optimâ oblatâ (solito more) nobis salutem precatus est, nosque eius humanitate freti gratiisque redditis vico discedimus, & in Castellum quondam munitissimum Regis *Edwardi* tertij opus nos conferimus; totum discribere non mihi in animo, nec præterire possum cœnaculum in quo non ita pridem totius agri Cantiani nobilium insignia gentilitia & nomina depicta sunt, in loco superiore per totius ambitum, *Vni soli & semper*, scriptum erat. In medio posita erant Insignia Regalia nunquam satis laudatæ principis *Elizabetha*, & in eadem hæc carmina litteris majusculis scripta sunt:

Lilia Virgineum pectus, Regale Leones
Significant, vivas Virgo, regasque Leo:
Vmbra placet vultus, vultus quia mentis imago,
Mentis imago placet, Mens quia plena Deo.
Virgo Deûm vita, Regina imitata regendo,
Viua mihi vini fiat imago dei.

Qui Leo de Iuda est & flos de Iesse Leones
Protegat & flores, Elizabetha, *tuos.*

Dat. 1593.

Relicto

Relicto Castro, in cuius summo fastigio Rutam muriam collegimus ad maris littus, ad solitumque opus properamus, & in itinere collecta sunt.

Halimus vulgaris Matt. Portulaca Marina.
Spartum nostras parvum.
Coronopus, stellaria, cornu cervi vulgi.
Kali maius, Salicornia,
Kali minus.
Crithmum Chrysanthemum.
Atriplicis marinæ species duæ

In ipso Littore crescebant.

Brassica marina monospermos Lob.
Papaver corniculatum flor. Luteo.
Cochlearia Anglica.
Tithimalus Paralius.
Alsines genus pelagicum Clusii, & vt mihi videtur Anthyllis peplios effigie. Lob.
Rubia marina.
Eringium marinum.
Kali minimum illecebræ facie
Tragum Matthioli.
Bryon lactucæ foliis Plin. Lob.
Lichen marinus.
Quercus marina.
Conferva 2. aut 3. species.
Algarumq; 2. spe.

Et quæ non Plantæ, sed in materia medica comprehensa *Stellæ marinæ: & Ossa sepiæ, in littore collecta sunt.*

Tum conducta Myoparone in Insulam Greane è regione nobis cursum dirigimus; Et Nauigiolo relicto 5. aut 6. milliaria ambulamus, nihil quod aliquid delectationis præberet, viso. Super ripas iter erat, in diei æstu miserâ sitè in mediis aquis, Tantali ritu, cruciamur (salsæ enim erant) nec minus premebat fames in inhumano illo tractu, vbi nec opidum in propinquo erat, neque fumus ad oculos, nec canum latratus ad aures, villarum solita indicia, perveniunt, quo languentes animos in aliquam spem erigere possumus; sed hisce tandem evictis difficultatibus, defessi ad Stoke venimus. Prandio parato & paracto, tota sociorum cohors iam languens (domino *Styles* & me exceptis) plaustrum cruciarium ad Rochester itinerans conduxerunt. Nos ideo relictis sociis (quos in plaustro inter dolia morantes aurigarum curæ commisimus) a Stoke per Haslo superius, & Cowling oppidulum, & eiusdem nominis castrum iam ætate partim collapsum ad Cliffe tendimus. Et ne ignavia aut incuria nobis vitio verteretur, multas plantas partim non ante collectas in vnum conferimus, vt sunt.

Vicia sil: Tabernamontani, Aphacoides,
Chrysanthemum segetum.
Equisetum.
Anagallis flo: phœniceo.
Tussilago.
Lagopus.
Apium palustre in Stoke.
Sium terrestre.
Cannabis fæmina sativa.
Cannabis spuria, Lamium quorundam, Lob.
Eupatoreum Cannabinũ mas.
Eupatoreum Cauuabinũ sæm.
Genista vulgaris.
Genestella infectoria,
Lychnis sil. flo: albo.
Papaver spontaneum syl. Lob.
Carduus stellatus, Calcitrapa.
Carduus Polyacanthus Theophrasti.
Mellilotum nostrum vulgare copiose.
Eupatoreum vulgare.
Holosteum Matt. Lob. Gramen ἐπιγονατόκαυλον *Thalii.*
Filix mas.
Filix fæmina
Cynoglossum maius vulgare
Tragopogon, barba hirci.
Vlmaria, barba capri, regina prati
Sium Matt, & Italorum.
Sium erucæ folium, Nasturtium aquaticum vulgi.
Arundo vallatoria.
Calamentha aquatica Belgarum, Lob.
Bellis maior, sive Consolida media vulnerariorum, Lob.
Personatia, Bardana, Lappa maior.
Lysimachia siliquosa maxima hirsuta.
Lysimachia siliquosa minor hirsuta.
Coniza maior helenitis. Lob.
Coniza media.
Sophia Chirurgorum.
Galeopsis vera Dios. Vrtica Herculea Taber.

Tum in *Cliffe* pernoctantes varios ab hospite rumores de socijs audivimus, postera mane, iter læti suscepimus, & in clivosis collibus nihil non prius observatum invenimus, quibus relictis, in salsis maritima non antea observata inventa sunt.

Tripolium maius & minus.
Althæa florens.
Trifolium fragiferum Clusii.

Et in agris Rapum sativum magnâ copia falce demessum, sic ad *Gravesend* solito hospitio revertentes sociorum plaustrantium adventum expectavimus, & cibum parari iussimus, prandientibus nuntius adfertur socios non longè abesse, parvâ interpositâ morâ adest *Tho: Wallis* conducto equo à

Rochester

Rocheſter ad *Dartford*, & ſignificavit paulò poſt ſe relictos eſſe *Leon: Bucknerum* & *Iohum Weale*, ſed reliquos non ante veſperam venire ; ſic dum nos eos expectamus, æſtus relabitur, vt amnis beneficio eo die regredi non potuimus; inito conſilio equos omnes cóparamus & Regia via ad *Dartford* properamus, ibiq; in Diuerſorio quod Tauri inſigne habuit equos diſcendimus, & ſtatim ad locum multis & raris plantis refertum tendimus, *Chalkedale* vocatur, hic enim quondam lapides ad calcem vivam conficiendum eruti fuerunt, ſed gramine pulcris variiſq; plantis nunc ornatum invenimus, quarum nomina (omiſſis ante obſervatis) ſequuntur

Gallium album.
Gallium Luteum.
Gentianella autumnalis nondum florens.
Viola Calathiana Gerardi, trachelii ſpecies.
Rheſeda, Eruca Cantabrica.
Pimpinella ſanguiſorba minor.
Baccharis Monſpellienſium, Coniza maior Matt.
Campanula minor rotundifolia
Centaurium minus luteum.
Scabioſa montana minima.
Anthillis leguminoſa Belgarũ
Orchis Myodes prima, Lob.
Serapias candido flo. montana Lob.
Bugloſſum ſil. parvis floribus.
Bugloſſum echioides luteum.
Caucalis nodoſo echinato ſemine Bauhini.

Vertendo ad dextram inuenta fuerunt

Erica vulgaris copioſis parvis floribus.
Iuniperus cum baccis.
Evenimus Theoph.
Blattaria flo: albis.

Sic ad oppidum reverſi in ædes Domini *Wallis* divinæ gratiæ prædicatoris divertentes lautâ cœnâ benigne excipimur, & in eius viridario creſcebant,

Ptarmaca vulgaris & *Biſtortæ maior*

Poſtero mane ex *Saltmarſh* habuimus,

Anagallidem aquaticam tertiam, Lob.
Allium ſil. tenui folium.

Hic pranſi ad *Erith* tendimus, ædibus antiquis Dominæ *Dakins* ad ſiniſtram relictis, in paludoſis inuenta ſunt,

Lyſimachia purpurea ſpicata.
Lyſimachia galericulata.
Valeriana ſil maior.

Iuncus floridus, Gladiolus aquaticus, Dod
Sparganium ramosum.
Trifolium paludosum.
Alectorolophos, Plin sive pedicularis rubra.
Acorus nostras palustris cum semine.
Anagallis aquat. Latioribus foliis, flo, carulcis.
Anagallis aquat angustioribus foliis, flo. albidis.
Myosotis Scorpoides.
Hydrolapathum magnum.
Hydrolapathum minus.
Marrubium aquaticum, sideritis primo Matt.
Betonica aquatica.
Plantago aquatica.

Hisce locis relictis in vulgari tramite obseruata sunt.
Helenium, sive Enula Campana.
Pes Columbinus, geranium 2. Dios foliis amplis valdè dissectis.
Blattaria vulgaris flo. Luteo,

Sic ad Erith venientes, scaphâ conductâ, reuertentes naues tres ex India Orientali reuersas vidimus, earumq; vnam ad Blackwal cursum dirigentem ascendimus, *Buckneruſq;* nuce indicâ maiore, cannâ fractâ & calamo Indico donatus fuit. Relictâ naue per pontem Britannico orbe celeberimum ferimur, & statim nobis relatum est, Socios esse reversos & quo in loco erant. Festinamus, inuenimus, & ab ijs intelligimus post decessum nostrum apud Stoake, Illi in plaustro magnificè per Ho ad Rochester venerunt, & in vrbis Prætoris domo (vbi & prius diversabamur) pernoctabant; erat Prætori nomen *Allen* qui nunc multò magis quam ante eos humaniter excepit, & amplissimo cœnaculo honoravit; sequente mane ad salutandum adsunt dominus *Larkinge* Ecclesiæ Roffensis Præbendarius & Dominus *Selbeius* ejusdem loci generosus, quibus pro humanitate suâ multum debemus. Relicta Roffa, in altera Fluminis Medweagi ripâ, in Stroad iterum benignè invitati à D. *Mapeston*, & D. *Mooreland* eius loci generosis, & *Iohanne* at *Noke* de *Cliffe* ad Agnum diuersimodo paratum edendum, annuunt, sic gratiis ijs pro beneficio actis (vt etiam domino *Pitchard* rei herbariæ studioso, qui illis Lunariã racemosam mittere promisit) directè ad *Gravesend* tendunt, & postridie solitâ viâ *Londinum* reuertunt, vbi iterum coniuncta societas statuit, *Augusti* primo peragrare Ericetum Hampstedianum (vulgo *Hampsted Heath*) quoniam multæ ibi crescunt, quæ hic desiderantur.

Ericetum

Ericetum Hampstedianum.

STatuto tempore mane convenerunt septem ex decem sociis desideratis *Buggs*, *Weale*, & *Wallis*, sed in eorum locum succedunt *Iohannes Sotherton*, *Iohannes Marriott*, *Thomas Crosse* & nostri societati se jungunt, cœlo quamvis pluvioso non deterremur ad omnia parati, sed, qui maiora tulimus, minori cedere turpe duximus. Sic relictâ vrbe ad *Kentish-towne* cursum dirigimus, inde festinantes, sed non longe, progressos imber largus subsidium in *Highgate* petere coegit: sed imbre vix sedato moræ impatientes ad sylvam venimus, & a nobis plantæ non in priore itinere observatæ (illas enim consultò omitto, ne omnium enumeratio tædium afferret) sunt sequentes

Gram. spica Brizæ mains Bauh.
Tithimalus charachias amygdaloides.
Serratula flo pur. & albis.
Anagallis flo: luteo.
Astragalus Sylvaticus Thalij
Alnus nigra, frangula.
Sorbus sil: Alpina Lob. Ornus Dod.
Morsus Diaboli.
Pulmonaria Gallorum Hieracij flore vt mihi videtur.
Tormentilla.
Cynocrambe.
Ascyron.
Populus Lybica.
Betulus, Lob, Carpinus, Matt.
Virga aurea Villanovani.
Gnaphalium foliis longioribus.
Numularia.
Scrophularia maior.
Angelica silvestris.
Trifolium acetosum, Oxys Plin. Alleluia sive luiula Offic.

Relictâ sylvâ in ipso Ericeto provenientes conspecta sunt

Erica pumila calyculato vnedonis flore.
Erica Iuniperifolia altera Lob
Vaccinia nigra.
Lilium convallium.
Genistella aculeata.
Genista aculeata.
Lonchitis.
Muscus clauatus. Lob. Muscus terrestris, Matt.
Lysimachia galericulata minor, Gratiola latifolia, Ger.
Ornithopodium perpusillum.
Gram: Sparteum capillaceo folio minimum.
Clymenon Italorum, Androsæmum quorundam.
Ros solis.
Veronica mas vulgaris. Betonica Pauli.
Veronica pratensis, Dod.
Veronica arctica minima. Lob.
Adiantum aureum maius.
Adianthum aureum minus.

Muscus pyxidatos alabastriculos imitatus Lob.
Salix humilis bombicifera.
Iuncus bombicinus.
Cotiledon aquatica acris.
Ranunculus rotundifolius, fortè Apium risus
Ranunculus aquaticus hepaticæ facie Lob.
Ranunculus flammeus minor
Digitalis purpurea.
Aria Theophrasti effigie Alni.
Sorbus torminalis.
Alsines minimum genus peculiare non discriptum.

Ericeto iam relicto, in oppidulo *Hampstediano* nos paululum refecimus, et tum ad Kentish-towne revertentes, pransi sumus, et in pratis, semitis, et sepibus, ab euntibus et revertentibus observata sunt

Atriplex sil: sinuata.
Atriplex sil: Laciniatis foliis. Pes Anserinus.
Atriplex sil. Polygoni aut Helxcines foliis, Lob.
Aracus, sive Cracca maior & minor, Lob.
Bonus Henricus sive tota bona
Potomogeiton.
Arum baccis onustum.
Geranium Robertianum. Herba Roberti.
Geranium secundum Dios. Pes columbinus.
Geranium arvense Tab. Myrrhida Plinij.
Saxifraga Anglicana facie seseli pratensis.
Holosteum Ruellij, gramen Leucanthemum minus.
Barbarea.

Non omnino à proposito esse iudico, nomina quarundam plantarum hisce locis (primo die Maij) à nobis inventarum denotare, sed nunc partim aut prorsus arefactæ, quales sunt,

Anemone sive ranunculus nemorum flo: albo.
Hyacinthus vulgaris Anglicus.
Primula pratensis.
Primula silvarum.
Cardamine.
Lamium Luteum.
Bugula.
Alliaria.
Caltha palustris.
Chelidonium minus.

Sicque breviter, quicquid (omissis paucis vulgaribus) in hisce nostris perambulationibus conspectum fuit, in unum collegi, ut amicis, et alijs harum rerum cupidis innotescat,

quantum

quantum in laboribus, quantum in sumptibus, ad rei herbariæ studium promovendum fuimus, et quod omnibus manifestum sit, non ad ostentationem, sed ad usum hi nostri conatus fuerunt, discerpsimus, et reposuimus quicquid rari occurrebat. Sed huius anni labores sunt tanquam præludia alijs sequentibus annis exantlandis, quibus propitius sit Deus.

Amen,

FINIS.